Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·xlviij·

amatis que innouantur in nobis. ℣ Domine de illis exaudi preces meas
et auribus pape dolorem cordis mei. Vt eruas nos. Lectio. xi.
Nunc autem quia una et castitas coniugalis et decor continentie iudicialis optima profecto iuriginalis ad comprobandam omnium electorum graduum discrimen tamen minimum singulorum. Exemplatio quare virginis utero nasci dignatus est. Appetente anne iudice ore mox natus benedicitur. Anuptiarum celebratrix iam iuuenis inuitatur. Ipse suis presentia iuriuus honorat. ℟ Peccata mea domine fiant lagrime in fixa sunt mihi. et ante quam iudicia generent in me. Sana me domine medicamento pietatis tuis. ℣ Quoniam iniquitatem meam ego agnosco et delictum meum contra me est semper. Sana.
Miraculum facturus matrem dominus dei filius. Lectio. xii.
Iuuenit ad nupcias. ut ipsum se esse docet de quo sub typo solus psalmista panit. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gygas ad currendam uiam a summo celo egressio eius. et occursus eius usque ad summum eius. ℟ Abscondi tanquam auriti pecca mea et celauit insinuo iniquitatem meam. ℣ Miserere mei domine secundum magnam misericordiam tuam. ℣ Tibi soli peccaui et malum coram te feci. ℣ Miserere. S. Iohanne
In illo tempore. Nuptie facte sunt in chana galilee et erat mater ihu ibi. Vocatus autem ihc et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino dicit mater ihu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihc. Quid mihi et tibi est mulier. Nondum uenit hora mea. Dicit mater ihu ministris. Quodcumque dixerit uobis facite. Erant autem lapidee ydrie sex posite secundum purificationem iudeorum capientes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihc. Implete ydrias aqua. et impleuerunt eas usque ad